

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo d  
cum fonte primo

Heu! Tristis et lacrimosa mutatio ut homo, paradisi cola,  
terre dominus, celi ciuis, domesticus Domini sabaoth,  
frater deorum spirituum et celestium, coheres uirtutum,  
repentina se conuersione inuenit,  
et propter infirmitatem iacentem in stabulo,  
et propter pecorinam similitudinem indigentem feno,  
et propter indomitam feritatem alligatum presepio,  
sicut scriptum est:  
In chamo et freno maxillas eorum constringe.

Bernardus ibidem (super Cantica).

Heu! tristis et lacrimosa mutatio, ut homo, paradisi accola,  
terrae dominus, caeli civis, domesticus Domini Sabaoth,  
frater beatorum Spirituum et caelestium coheres Virtutum,  
repentina se conversione invenerit  
et propter infirmitatem iacentem in stabulo,  
et propter pecorinam similitudinem indigentem feno,  
et propter indomitam feritatem alligatum praesepio,  
sicut scriptum est:  
IN CAMO ET FRENO MAXILLAS EORUM CONSTRINGE,  
QUI NON APPROXIMANT AD TE (Psa. 31:9).

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 35.5 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.252, ll.13-19).